

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

EPISTOLA CVIVS SVPRA ITALICIS DIRECTA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

EPISTOLA CVIVS SV

PRA ITALICIS DIRECTA.



IVS ROMANE VRBIS ARCHIEPISCOPVS, ITA A
 licis fratribus salutem in domino. ¶ Scitis fratres, quia dei agricultura sumus,
 ideo eius adiutores esse debemus, secundum gratiam quam ipse dedit nobis, si hoc
 aut hoc esse neglexerimus, nulli dubium est quod dannabimur. Si vero in eius ser-
 uicio per viribus laborauerimus, verique eius adiutores fuerimus, eiusque volunta-
 tem implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia vniuersi cuiusque opus qua-
 le sit (ut ait apostolus) dies domini declarabit, & ignis probabit. Ad sedem autem
 apostolicam platum est quod sint inter vos contentiones, & emulationes, & predia diuinis vobis tradita
 quidam humanis applicat vobis, & domino deo cui tradita sunt ea subtrahunt ut suis vobis inferuiant
 Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne predia sibi secretorum cele-
 stium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam presumpserit, sacrilegus habeatur,
 & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, clericos & domini sacerdotes persequi, eosque in sa-
 mare audiuimus, ut malum super malum addant, & deteriores fiant, non intelligentes quod ecclesia
 domini in sacerdotibus consistit & crescit in templum dei. Et sicut qui ecclesiam dei vastat & eius pre-
 dia & donaria expoliat & inuadit sit sacrilegus, sic & ille qui eius sacerdotes insequitur sacrilegi reus
 existit, & sacrilegus iudicatur. Emulamini fratres carissimam meliora, & nolite talia agere, nec eis com-
 misceri aut consentire quod talia agunt, quoniam non solum qui talia agunt sunt huius criminis rei, sed qui fa-
 cientibus consentiunt. Non ergo grauius peccatum est fornicatio quam sacrilegium, sed sicut maius est
 peccatum quod in deum committitur quam quod in hominem, sic grauius est sacrilegium agere, quam
 fornicari, de talibus enim ait apostolus. Et vos inflati estis & non magis luctum habuistis ut tollatur
 de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu iam iudicavi, ut
 presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu christi, congregatis vobis & meo spiri-
 tu in virtute domini nostri Iesu christi huiusmodi tradere sathane in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die
 domini nostri Iesu christi. Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam
 corrumpit. Expurgate (inquit apostolus) vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Et
 enim pascha nostrum immolatus est christus. Itaque epulemur. Non in fermento veteri, neque in fer-
 mento malicie, & nequie, sed in azimis sinceritatis & veritatis. ¶ Scripsi vobis in epistola (ait idem
 ipse apostolus) ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus
 aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non com-
 misceri. Si quis autem frater nominatus est fornicator, aut avarus, aut idolis seruientis, aut maledicus,
 aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim michi de his qui foris sunt iu-
 dicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte ma-
 lum ex vobis ipsis. Audet aliquis vestrum, habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos &
 non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti dei de mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur
 mundus, indigni estis quidem ut de minimis iudicetis, nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quam-
 to magis secularia? Secularia igitur iudicia, si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia illos consti-
 tuite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit
 iudicare fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino
 delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare
 non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia
 iniqui regnum dei non possidebunt. Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri,
 neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque ra-
 paces regnum dei possidebunt. Et hec quidem fuistis, sed abluti estis, & sanctificati estis, in nomine
 domini nostri Iesu christi, & in spiritu dei nostri. ¶ De cetero salua in omnibus apostolica auctori-
 tate quecumque sunt ad religionis obseruantiam pertinentia locis suis & a sue dioceos synodis audiantur.
 Et si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei paraue-
 rit, aut contumeliam, aut caluniam, & convinci potuerit mox curie tradatur. Qui autem facit iniuriam
 recipiat hoc quod inique gessit. Corruptum enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti & no-
 lite peccare. Data idus martii, Claro & Seuero, iiii. cc. concess.